

Erw.: *Quellen zur Geschichte der Stadt Wien I 2, 190, Nr. 1851; Zibermayr, Legation 117; Koch, Umwelt 117; Baum, Nikolaus von Kues wird Bischof von Brixen 381.*

Formular: *Licet is, de cuius munere venit (Nr. 967).*

⟨1451⟩ März 1, Rom.

Nr. 1067

Io(han) Ortenberg<sup>1)</sup> an Nicolaus, Stadtschreiber des Rats zu Frankfurt. Über die Zeichnung der Frankfurter Suppliken<sup>2)</sup> durch den Papst.

Or., Pap. (Verschlussiegel): FRANKFURT, Stadtarchiv, St. Peter und Dreikönig 27,4 f. 16.

Erw.: *Natale, Verhältnis 61.*

*Er berichtet u.a., daß er weder cardinale sancti Petri noch meister Henrich Halbisen<sup>3)</sup> angetroffen habe, sondern allein den Kardinal von St. Angelus<sup>4)</sup>, dem er die Suppliken überbracht habe, damit er sie zeichnen ließe. Von diesem sei er jedoch drei Wochen hingehalten worden, so daß er andere Freunde um Vermittlung angegangen sei. In der Tat habe der Papst inzwischen namentlich die Supplik uff die kirchen filiales czu Sassenhusen und czu sant Peter in der Nuhen stat gezeichnet.<sup>5)</sup> Er hoffe, am Palmtag (18. April) wieder daheim zu sein.<sup>6)</sup>*

<sup>1)</sup> *Gesandter der Stadt Frankfurt zum Papst; s.o. Nr. 951 Anm. 2. Auf der Rückseite des Briefs ist notiert: Meister Ioh(an) zum Lemchin von Rome.*

<sup>2)</sup> *S.o. Nr. 951.*

<sup>3)</sup> *Kalteisen.*

<sup>4)</sup> *Carvajal.*

<sup>5)</sup> *S.o. Nr. 1048.*

<sup>6)</sup> *Von den Kosten, die den Frankfurtern bei der ganzen Sache entstanden, gibt eine gewisse Vorstellung die Schulderklärung des Iohannes Quintini de Ortenberg über 400 rhein. Gulden, die er 1451 III 15 in Rom bei einem deutschen Bankier aufnahm; FRANKFURT, Stadtarchiv, St. Peter und Dreikönig 21.*

1451 ⟨März 1 / 2, Wien.⟩<sup>1)</sup>

Nr. 1068

⟨Thomas Ebendorfer.⟩<sup>2)</sup> Collacio pro reverendissimo domino Nicolao alias de Chusa cardinali tytuli sancti Petri ad vincula 1451. *Begrüßungsrede im Namen der Universität Wien.*

*Entwurf (aut.): WIEN, Nat.-Bibl., CVP 4680 f. 251<sup>r</sup>-254<sup>r</sup>. Zur Hs. s. Tabulae III 344-347; Lhotsky, Ebendorfer 63 und 92 Nr. 188.*

*Kop. (15. Jh.): GÖTTWEIG, Stiftsbibl., Hs. 381 f. 63<sup>r</sup>-65<sup>v</sup>. — MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 8482 f. 277<sup>v</sup>-281<sup>v</sup>; zur Hs. s. Kristeller, *Iter Italicum III* 618f.*

*Transkription mit deutscher Übersetzung: Strangfeld, Stellung des Nikolaus von Cues 298-332.*

*Druck: Düx, Nikolaus von Cusa II 445-450 (fehlerhaft, nach der Münchener Hs.).*

*Erw.: Tabulae III 346; Zibermayr, Legation 5 (noch ohne Kenntnis des Autors); Lhotsky, Ebendorfer 92 Nr. 188; P. Uiblein, Die Wiener Universität, ihre Magister und Studenten zur Zeit Regiomontans, in: Regiomontanus-Studien, hg. von G. Hamann (Österr. Akad. d. Wiss., Phil.-hist. Kl., Sitz.-Ber. 364),*

<sup>1)</sup> *Zum Datum s. den Hinweis von Frank, Nikolaus von Kues und das Wiener Dominikanerkloster 75, auf Z. 8 pridie. Das Datum "1. März" setzte voraus, daß NuK schon am 28. Februar, nämlich an einem Sonntag (Exurge), von Wiener Neustadt nach Wien gereist ist. Vielleicht müßte man gar schon den 27. Februar mit entsprechenden Konsequenzen für Nr. 1068 in Betracht ziehen. Daß in seinem Gefolge Georg Peurbach (s.o. Nr. 961) nach Wien gereist sei (so vermutet von H. Grössing, Humanistische Naturwissenschaft. Zur Geschichte der Wiener mathematischen Schulen des 15. und 16. Jahrhunderts (Saecula Spiritualia 8) Baden-Baden 1983, 80; ders., in: Verfasserlexikon VII/2 (1988) 529), läßt sich nicht belegen.*

<sup>2)</sup> *Die Verfasserschaft ergibt sich aus dem Wiener Autograph.*

Wien 1980, 403; Frank, *Nikolaus von Kues und das Wiener Dominikanerkloster* 74–76; Orth, *Nikolaus von Kues* 9f.

Unser Text nach dem eigenhändigen Entwurf. Die zahlreichen Streichungen, Ergänzungen und sonstigen Änderungen sind im Apparat nur ausgewiesen, wenn sich daraus zusätzliche Sachverhalte ergeben.

Congratulantes pariter occurrimus, venerabilis dominus noster preclare universitatis nostre studii Wyennensis rector<sup>3)</sup> singulique doctores et magistri ac ceteri ipsius alumpni tam presentes quam absentes, vestre reverendissime paternitati, doctissime pater, ob sublimem promotionem ad cardinalatus fastigium ovantes medullitus, quod hiis in faustis diebus iocundum ipsius meruimus adventum  
5 pariter et mutuum habere conspectum, et venimus eandem ut angelum pacis<sup>3a)</sup> invisere et in pace salvatoris ea, qua decet reverencia, suscipere et sibi ymoverius reverenciam ac per hoc apostolice sedi honorem uti devoti suo patri filii deferre concedentem, postulantes ex intimis, ne nobis imputetur ad culpam, quia pridie in introitu vestre reverendissime paternitatis obviando nostram non exhibuimus, uti decuisset, presenciam. Nam teste eo, qui cordium rimatur archana et quem nulla tergi-  
10 versatio decipit, prorsus huius adventus tamquam studiis dediti fuimus ignari, arbitrantes novi sacerdotis per nolarum pulsum designari primicias, neque ob temporis artitudinem certificati habere quivimus suppositorum copiam aut eorundem, eciam si presto fuissent, in ordine, ut decebat, vitare confusionem. Qua de re et mandatus loqui ad dominum meum, ego seminiverbius veteris mutue agnitionis<sup>4)</sup> contemplatione, si fortassis in dicendis balbutire cogar aut quidquam inconcinne deducere, tamquam volenti purgare moram dabit veniam vestra reverendissima paternitas prelibata.

Als Thema wähle er: 'Exiit qui seminat seminare semen suum', Luce 8<sup>o</sup> 5) scripta et transsumptive in ewangelio currentis dominice<sup>6)</sup> decantata. De quibus quid in medium proponerem et iuxta temporis qualitatem et vestre paternitatis dignitatem et deducerem, exploratum non haberem, nisi me plurimum antiqua altrinsecus contracta caritas persuaderet, que et in faciem laudare prohibet et in  
20 sugillationem amicorum precipit cohibere. *Bekundung seiner Aufrichtigkeit in den nun folgenden Ausführungen. Er werde das Thema in dreifacher Weise abhandeln*, videlicet commendandam sollicitudinem sponte venientis vestre reverendissime paternitatis, quia 'exiit qui seminat'; 2<sup>o</sup> eiusdem laudandam rectitudinem concepte pure intencionis 'seminare'; et 3<sup>o</sup> approbandam sanctitudinem consequendi et optati fructus et operis consequentis 'semen suum', omissis concordanciis et membro secundo brevitatatis gracia.

Dixi primo commendandam sollicitudinem vestre reverendissime paternitatis sponte venientis. Nam si 'male habentibus opus est medicus' — Mt. 9<sup>o</sup> 7) — iuxta salvatoris testimonium, tunc non ab re commendatur sollicitudo venientis medici, dum morbum conspicit invalescere aut letale virus emergit in vulnere, unde et eger ipse in mortem deduci poterit aut aliam devolvi in perniciem, sic et  
30 digne vestra reverendissima paternitas laudum preconiiis attollitur, dum sponte veniens gentem suam altrinsecus dissidentem ut pacis angelus ad ea, que pacis et unitatis sunt, exiit conducere et in fraternita caritate bonum semen seminando possetenus conatur reformare, presertim dum hiis diebus undique commota in se Germania fremendo dissideat et instar marini pelagi procellis intumescens se periculosius exaltat, quando malignus spiritus eos, qui olym suis virtutibus Romanum meruerunt  
35 imperium, plus solito precipitat in abissum viciorum, et quorum gladium nemo umquam ad plenum domare potuit pro patria dimicando et libertate, nunc in proximos et vicinos debachantes pariter et sanguine iunctos arma corripunt, natale solum devastant, flammis exurunt, manifestum sanguinis profluvium faciunt, contumaci altrinsecus fasto permoti, comitante invidia, avaricia referta, toti orbi dantur in parabolam ipsorum in ruinam et Alemanici honoris in precipitium. In quo, hew, nostro  
40 infelicissimo evo tot dyetim bella deseiviunt, tot acies armate prouunt et hostiles impetus inhorrescunt, ut et de militaribus et alto sanguine genitis viris variis pestibus et stragibus usque superstitibus

4 meruimus: meruit    13 seminiverbius: semiverbius    19 nach contracta *getilgt* amicicia

<sup>3)</sup> *Der Kanonist Johann Knaber von Albersdorf; Uiblein, Wiener Universität* 403. S. auch unten Nr. 2449. *Ebendorfer war Dekan der theologischen Fakultät.*

<sup>3a)</sup> S.u. Nr. 1236 Anm. 6.

<sup>4)</sup> Vgl. etwa Nr. 481, 484 und 522.

<sup>5)</sup> Luc. 8, 5.

<sup>6)</sup> *Sonntag Exurge*, 28. Februar.

<sup>7)</sup> *Matth.* 9, 12.

plures gladius videatur absumere, quam corporee condicionis egritudo naturali morte valeat suam ad sepulturam terminare deducendo bono fine.

Mencior, si hiis meis dictis fidem non confirmant e proximo inter nobiles et urbanos imperii subditos a seculis inaudita collisio et germanorum fratrum tam torculenta et exicialis altercacio. Sed et veritatem predictorum non minus astruerent principum et magnatorum Germanie casus cottidiani tam in heredibus succedentibus quam in temporalibus facultatibus, quorum et prosapie suis cum opulentiis taliter qualiter per usuras manifestas et subditorum concussionones partas abierunt plurimum in oblivionem. *Verurteilung dieser Zwietracht; denn daraus entstehe für den ecclesiasticus status generale periculum.* Hinc omne suboritur ecclesiastici rigoris vilipendium, hinc sacre polluantur edes, 50 ecclesiastica prophanantur iura, sanctorum calcantur decreta, canonicè sanxiones aspernantur. Et quid amplius prestolamur, nisi ut quantocius manus layce in cervicibus crassentur clericorum. Et sic ut paulatim incrudescente peccato tocius orbis naufragium gygantum induxit impietas<sup>8)</sup>, sic et peccatis exigentibus tam clerici quam populi, uti formidandum est, nisi respiscamus, communis in nos ira dei deseuiat de proximo. 55

Ecce, denique, pater optime, quid Bohemorum in medio usque ecclesie intonuit impietas, quid egit crudelitas et a septem fere lustris patrauit inhumanitas, dum peregrina sibi dogmata confingunt, in vicinorum gazas hostiliter irrumpunt et eorum facultates predonum et latronum more diripiunt, loca deo sacrata nephario ausu igne et armis absumunt, et, quod amplius, ecclesiam dei discerpunt, clerum ipsius exulant, plagis configunt et detractionibus lacerant et confundunt, et non est, qui recogitet. Contra quos, pater inclite, placeat exire, semen vestrum seminare, pharetram et arcum veri seminantis arripere et censure ecclesiastice arma in rebelles corripere, ut discant non blasphemare. Exite, inquam, ad corripiendum inquietos, ad animandum pusillanimes, ad edificandum infirmos. 'Si' namque 'maledictum patris vel matris' multari 'morte' precipitur<sup>9)</sup>, qua animadversione digni sunt, qui ne dum carnis parentes turbare gestiunt, sed ipsam sanctam matrem ecclesiam, ex qua regenerati 65 sunt, vipperino more dissipare et ipsius pacem et unitatem labefactare contendunt? Si enim secundum Ieronimum<sup>10)</sup> 'putridum' membrum prescindi precipitur, ita et qui putridum membrum ecclesie esse convincitur, 'excommunicationis ferro', et si occulte a sancte ecclesie corpore detruncatum iure decernitur, palam censuris involutus sit, et nisi respiscat, super caput suum omnes 'maledictiones Hebal'<sup>11)</sup> venisse cognoscat. Quomodo enim amplius aut qua ratione dissimulare congruit patres ecclesie, dum ab hiis, qui christiano gloriantur nomine, nomen dei et ecclesie iugiter blasphematur et in suis sordescentes sordibus et immundi contra ecclesie puritatem se gloriantur triumphasse, quales sunt utique, qui sub fuco obedientie Romane ecclesie eidem se rebelles constituunt et sub osculo et pacis federe bella fidei inducunt, sub medicorum quoque ymagine letale vulnus infigunt et sub specie ovium, quam pretendunt, luporum induunt feritatem?<sup>12)</sup> 75

Sed inter tot animarum profunda naufragia, inter tot patentes humane salutis voragine, ubi portus patet salutis, nisi sancta Romana ecclesia et, ut ita dicam, pauperis piscatoris parata sagena, que omnes devote ad se confugientes devotius eripit et in litore salutifere quietis exponit? Cuius et vestram paternitatem deus immediatum consiliarium cardinalem sancti Petri ad vincula constituit et in ea pastorem et episcopum ordinavit. Et quis scit, doctissime pater, si hec apud vos divina permisit 80 clemencia, ut monstra in inclita nostra natione nostro evo suborta profligaret e medio, oporteat cum Petro pro fratribus vinculis subici et cum eo pro iusticia crucifigi, ut Germanus scilicet Germanum corripiat et reducat et, que potencia usque facere neglexit, devota humilitas ad optatum finem perducatur.

Exite ergo, clementissime pater, et semen bonum seminare desudate, et, ut verbis utar Mardochei 85 ad Hester, si secus negligentie torpore actum extiterit: 'Ne putes, quod animam tuam tantum liberet, qui in domo regis', scilicet ecclesie, et in gremio Romane ecclesie consistis. 'Si enim nunc silueris,

---

60 configunt: configunt 62 seminantis: sementis 66-67 secundum Ieronimum *am Rand ergänz*  
*ohne eindeutige Textzuordnung*

<sup>8)</sup> Vgl. Gen. 6, 1-7.

<sup>9)</sup> Lev. 20, 9.

<sup>10)</sup> So nicht nachweisbar; wohl eine Kontamination von c. 16 und c. 18 C. XXIV q. 3.

<sup>11)</sup> Deut. 11, 29.

<sup>12)</sup> Vgl. Matth. 7, 15.

per aliam occasionem liberabuntur' fideles, 'et tu et domus patris tui peribitis'; Hester 4<sup>o13</sup>). Et tantum de principali primo.

90 *Ausführlich sodann zum dritten Punkte über Aussaat und Ernte.* Et quia, patrum optime, Germanicus ager, plus quam satis est, viciorum vepribus exuberat, dum suos alumpos plus ceteris superbia erigit, avaricia thabefacit, luxuria inquinat, voluptas dilatat, gula angustat, ira inflammat, discordia separat et invidia exulcerat adeo, ut in hac pre ceteris nacionibus omnia videantur confusa et cuncta fidei et religionis ac pietatis decreta convulsa: cadit fides, religio corrui, perit peccandi rubor et  
95 omnis honestatis tenor abiit e medio, dum venales videntur leges et pecunia iustificat delinquentes, et quos causa condempnat, pecunia honore dignos procaciter asseverat, et quos vita et sciencia claros facit, inopia ut indignos abire compellit. Ubi enim doctorum promocio, ubi magistrorum ad al-ciora provecio, ubi universitatum provisio? Ecce aliorum instruuntur pastores, infantes aliorum constituuntur parentes, ecce grammaticae rudimentorum ignari per nominatorum nominationes! Et  
100 quorsum hec vergant, quis modus queve praxis, ut finis bonus eveniat, ex hiis exploratum non habeo.

Vos ergo, optime pater, qui a patre patrum Christi in terris vicario exististis et legacionis auctoritate seminare semen bonum in inclita natione Germanie statuistis, sic placeat zelo agere, ut victoriosus et gloriosus tamquam iuxta nominis vestri inditum vocabulum bonum nuncium a David uti  
105 Chusi Arachites<sup>14</sup>), natus de Chusa, ad summum omnium videlicet pontificem et optatum semen et fructum cum fervore multiplici valeatis cum gaudio reportare omnium creatori ad laudem et gloriam, animarum profectum et inclite nacionis nostre ad pacis et unitatis incrementum. Amen.

94 *nach convulsa getilgt* cum iusticia a iudicibus venditur et veritas argumentorum fuco tenebratur und am Rand ersetzt durch cadit — medio.

<sup>13</sup>) *Est.* 4, 13f.

<sup>14</sup>) *Vgl.* 2. *Reg.* 15, 32ff.; 16, 16ff.; 17, 5ff.; 1. *Par.* 27, 33.

<zu 1451 März 1 / 2, Wien (?).><sup>1</sup>

Nr. 1069

<Leonhard Huntpicbler.><sup>2</sup>) *Rede zum Empfang des NvK.*<sup>3</sup>)

*Reinschrift mit neuen Korrekturen (teilweise aut.): WIEN, Dominikanerkonvent, Cod. 237/294 f. 110<sup>r</sup>-116<sup>r</sup>; Fragment, Textabbruch f. 116<sup>r</sup> mitten auf der Seite.*

*Druck: Frank, Nikolaus von Kues und das Wiener Dominikanerkloster 78-80 (mit ausführlicher Erläuterung 73-76).*

*Erw.: I. W. Frank, Leonhard Huntpicbler OP. († 1478), Theologieprofessor und Ordensreformer in Wien, in: Arch. Frat. Praed. 36 (1966) 351 Nr. 6; Frank, Huntpicbler (1976) 220f.; Frank, in: Verfasserlexikon IV/1 (1982) 315; Orth, Nikolaus von Kues 9f.*

*In Anbetracht des kürzlichen Drucks durch Frank kann von einer Wiederholung an dieser Stelle abgesehen werden.*

<sup>1</sup>) *Zu Datum und Ort s. Frank, Nikolaus von Kues und das Wiener Dominikanerkloster 75, wo zugleich die Möglichkeit erwogen, aber auch verworfen wird, daß die Rede auf dem Salzburger Provinzialkonzil oder zur Begrüßung des NvK in Wiener Neustadt gehalten worden sein könnte. Huntpicbler versteht seine Rede ausdrücklich als verbum filie vestre (des NvK) universitatis almifici studii Wiennensis. Doch die offizielle Begrüßungsrede der Universität hielt Thomas Ebendorfer; s.o. Nr. 1068. Frank vermutet daher, die Rede Huntpicblers sei nie vorgetragen worden, sondern Entwurf geblieben. Möglicherweise ist NvK gleichwohl ein Exemplar der Rede überreicht worden.*

<sup>2</sup>) *Einflußreicher Dominikanertheologe (kurz nach 1400-1478). Grundlegend zu ihm: Frank, Huntpicbler (1976).*

<sup>3</sup>) *In einem jüngeren Inhaltsverzeichnis derselben Hs. f. 40<sup>r</sup> wird die Rede angeführt als Arenge in susceptionem domini Nicolai qui postmodum papa factus est, que incipit: de plenitudine divinatorum bonorum; Frank, Nikolaus von Kues und das Wiener Dominikanerkloster 74. Daß der Angeredete NvK ist, ergibt sich aus dem im Text ausdrücklich genannten Kardinalstitel.*